

meis: Surgite, mortui, venite ad judicium. » Hoc est quod Christus serio premonuit, *Luc. xxi, 30*: « Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quia futura sunt (in die iudicii), et stare ante Filium hominis. » Hac de causa indicite fuerunt olim nocturnae vigiles et preces, quod Christus ad iudicium media nocte venturus crederetur, *juxta illud Matth. xxv, 6*: « Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviem ei, » inquit S. Hieronymus et Hilarius ibidem, et Lactantius lib. VII, cap. xix *Vide dicta Apoc. vi, in fine. Quocirca S. Bernardus, epist. ultima, hanc regulam vite sancta praefigit: « Talis studeas vivere, sicut affectas in extremo iudicio inveniri. »*

32. ET ERIT OMNIS QUI INVOCAVERIT NOMEN DOMINI, SALVUS ERIT, — q. d. In die iudicii, ab hoc eis terrore, et horribili tot reorum et damnatorum sententia, liberabuntur, evadent (hoc enim significat Hebreus קָלַל פָּلָת), et salvabuntur veri Dei cultores, qui scilicet in hac vita Deum propter cordem, in vera fide, spe et charitate coluerint, invocarint, predicarint et celebrarint. *Hec enim omnia significat vox vocare, vel invocare apud Hebreos, nimur omnia tam internum, quam externum Dei cultum, publicaque vere fidei et religionis professionem in ejus Ecclesia. Ecclesia enim dicta est Graece ἡ Εκκλησία, ab ἡχεῖσιν, id est vocavit; Hebrew נְקָרָה, id est vocata;* si ad sincerum et publicum ejus cultum et invocationem. Unde ex eis subdit: « Quia in monte Sion, » etc. Porro nomen Domini est ipse Dominus, quem per nomen invocamus. Rursum, est ipse Christus, qui est nomen, id est notio et definitio, Patris, sit S. Cyrilus, lib. XI in *Joan-*

Invoke
nomen
Dei
quid?

nam, cap. XX. Symbolice nomen Dei est ejus virtus, gloria, potentia omnisque perfectio. *Hinc Psalm. VIII, 2*, dicitur: « Domine Dominus noster, quoniam admirabilis est nomen tuum, » id est tua sapientia, potencia, clementia, etc., « in universa terra! » Et B. Virgo canit: « Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus; » in incarnatione enim Verbi omnis Dei sanctitas, virtus et perfectio eluxit.

**Dea
sempre
favean-**
dus
Moraliter, disse hic quam Deo grata sit sui invocatio, quamque invocantibus adsit, opem et salutem afferat. Causa est, quod invocans Deum fateatur suum miseriorem et impotentiam, Dei vero gloria et omnipotenciam, utpote a qua auxilium sperat et flagitat. Sibi ergo honori ducit Deus, quod quid ad se in tribulationibus configuat, et sua magis uti velit, quam aliena ope et misericordia, *juxta illud Psalm. XLIX*: « Invoca me in die tribulationis: eruam te, et honorificabis me; » quia Deum invocat, fidem et spem in eo collocat, cumque quasi facit Deum suum. Unde Martialis, lib. VIII, epigr. 24, docet Deos non tam fieri ab ido-

loplasti, quam a cultoribus eos invocantibus
Qui fingit sacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos; qui rogat, ille facit.

Hinc passim in Psalmis Psaltes Deum invocat, eumque in afflictione invocari jubet. Nam Deus ipse promittit, *Jerem. XXXII, 3*: « Clama ad me, et exaudiam te. »

QUA IN MONTE SION ET IN JERUSALEM ERIT SALVATIO. — Per « Sion » et « Jerusalem » intelligit Ecclesiam, quam Christus primo erexit in Sion et Jerusalem, q. d. qui fidem et pietatem Ecclesiam, quam Christus docuit in Iudea et Jerusalem, secutae fuerint, hi salvabuntur. Ita S. Hieronymus, Theodoreus, Rupertus, Lyranus, Arias et alii. Aliquid ad *Isaias IV, 3*: « Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem. » Vide ibi dicta. Unde subdit Joel: « Sicut dixit Dominus, » scilicet tum mihi hic, tum *Isaiae* cap. IV, et cap. II, tum alias Prophetae.

ET IN RESIDUOS. — Repeate, « crit salvato » q. d. In die iudicii soli salvabuntur qui in Sion, id est in Ecclesia, Deum invocant, sancte coluerint; item *residuus*, id est reliqui Judeorum, que in fine mundi a Deo vocate et electae, Christo et Ecclesia aggregabuntur, itaque salve fient, uti docet *Apostolus Rom. XI, 26*. Secundo, a Castro explicat, q. d. Qui superioribus sanctis Deum invocantes in Christi gratia obierint, hi in die iudicii salvabuntur: insuper residu, id est, ii qui in persecutione Antichristi, ceteris cadentibus, fortis steterint in fide et professione Christi, itaque superstites remanserint tante fidelium cladi et ruine.

Nota: Pro *residuus* hebraice est כִּסְרֵי בָּסְרִידִין, quod Rabbini nonnulli, teste S. Hieronymo, putant esse nomen loci, puta mons vel urbis, q. d. Cladem istius diei effugient qui profugerunt in Sion, in Jerusalem, aut in Seridim. Septuaginta leguntur בְּנֵי בָּסְרִירִים bassurim, id est, evangelizati, quos Dominus vocavit, uti legunt codices Romani: licet Theodoreus legit evangelizantes, vel annuntiantes active, et S. Hieronymus, evangelizans, vel annuntiantis singulari, quod sic explicat: « Hos residuus Dominus vocavit, sive evangelizavit eos quos vocavit: sic enim Septuaginta interpretati sunt. » Omnes enim salvandi vel sunt evangelizantes, vel evangelizati; nemone nisi per Evangelium Christi salvatur. Hoc enim « virtus Dei est in salutem omni credenti, » ut ait *Apostolus Rom. I, 16*.

Simile huic loco est, quod pathetice proclamat *Isaias* cap. I, 9: « Nisi Dominus exercitum reliquerit nobis semen i residuo et reliquias aliquas, qui proseminaliter et propagant stirpem Israel» quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrah similes essemus. » Ita S. Hieronymus.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Describit dies iudicii, panem reproborum, et gloriam electorum. Primo ergo docet Christum in valle Josaphat judicaturum Tyrios, Sidonios alias gentes, que Iudeos et fideles affligerent, impieque vixerent. Secundo, vers. 15, mittit Christus angelos cum falculis, qui demantant omnes gentes, easque adducant in vallem concisionis, ubi Christo contra eas irato et ruyente, sol, luna et stelle obscurabuntur, ac cali et terra movebuntur. Tertio, vers. 17, docet Jerusalem celestem tunc fore sanctam, felicem et gloriosam in eternum: Stillabunt, inquit, montes dulcedinem, et colles fluent lacu, etc. Ita passim Interpretes. Quare minus recte Mariana, in finis capituli, suspicunt hoc capite describi ad litteram stragam austrorum Sennacherib factam ab anglo, IV Reg. xix, 35; hanc enim factam esse prope Jerusalem in valle Josaphat, ad eum subiecta, dico. Etiam in aliis postea perscringi (1).

1. Quia ecce in diebus illis, et in tempore illo, cum convertero captivitatem Iuda et Jerusalalem: 2. Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat, et disceptabo cum eis ibi super populo meo, et hereditate mea Israel, quos disperserunt in nationibus, et terram meam divisorunt. 3. Et super populum meum miserunt sortem: et posuerunt puerum in prostibulo, et pueram vendiderunt pro vino ut hiberent. 4. Verum quid mihi et vobis Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palestinae? numquid ultionem vos reddetis mihi? et si ulciscimini vos contra me, cito velociter reddam viciisstitudinem vobis super caput vestrum. 5. Argentum enim meum et aurum tulistis: et desiderabilia mea et pulcherrima intulisti in delubra vestra. 6. Et filios Iuda, et filios Jerusalem vendidistis filiis Gracorum, ut longe facerent eos de finibus suis. 7. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos: et convertam retributionem vestram in caput vestrum. 8. Et vendam filios vestros, et filias vestras in manus filiorum Iuda, et venundabunt eos Sabaei genti longinqua, quia Dominus locutus est. 9. Clamate hoc in gentibus, sanctificata bellum, suscitare robustos; accedant, ascendant omnes viri bellatores. 10. Concide aratra vestra in gladios et ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: Quia fortis ego sum. 11. Erumpite, et venite, omnes gentes de circuitu, et congregamini: ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos. 12. Consurgant, et as-

(1) Post synopsis prævious judicii, Prophetæ describit in hoc capite :

Primo, adjuncta judicii extensi, primo, tempus, post plenum superstitum adhuc Israëlitannum conversionem, et sub finem saeculi, 1^o secundo, locus, valis Josaphat, 2^o tertio, ror evanescendi, cum accusacionis capitulis, sollicit, gentes universæ, quae opprimerent Ecclesiam, 2, 3, spacio Tyri, Sidonii et vicini Palestine, hoc est hereticis, schismatis, apostatis, 4-6, quarto, actores vice illis redditur, fideles socios et ut judices collaudanti, 7, 8, 9^o quinto, pronuntio judicialis, nihil hic valiturna aut malititudinem aut fortitudinem aut armaturam, 9-11.

Secundo, judicium ipsum, primo, mortuorum suscitatio et evocatio, 12^o secundo, vivorum ad judicem translatio, 13^o tertio, multitudine multitudine ad divisio, 14^o quartu, judicis sententia terribilis impus, benigna et grata fidelibus, 15, 16, 17.

Tertio, sequelam judicii, primo, piorum beatam et abundantem, 18^o secundo, impiorum desolatum, perdiditum, aut antiquarum versionum nitarum, statutum illi caput tertium per parenthesis esse inseritum. Que sententia non multum differt a nostra, quam supra statutum, nempe Prophetæ in prospeccia obiecta fuisse, et tempora Machabeorum, et Messiae, cumque ordinem temporum non servasse. Particulariter 17^o hoc vero quod attinet, commode ut redimatur respici potest. Cf. Ruth III, 12. Zachar. III, 5.

Juxta Ackermann, in sensu primo litterali, reddit Pro-

cedant gentes in vallem Josaphat, quia ibi sedebo ut judicem omnes gentes in circuitu. 13. Mittite falces quoniam maturavit messis : venite, et descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia : quia multiplicata est malitia eorum. 14. Populi populi in valle concessionis; quia juxta est dies Domini in valle concessionis. 15. Sol et luna obtulerunt sibi, et stellae retraxerunt splendorem suum. 16. Et Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam; et movebatur celi et terra : et Dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Israel. 17. Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo, et erit Jerusalem sancta, et alieni non transibunt per eam amplius. 18. Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et per omnes rivos Iuda ibunt aqua : et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum. 19. Aegyptus in desolationem erit, et Idumea in desertum perditionis : pro eo quod iniquegerint in filios Iuda, et effuderint sanguinem innocentium in terra sua. 20. Et Iudea in aeternum habitabit, et Jerusalem in generationem et generationem. 21. Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaveram : et Dominus commorabitur in Sion.

1. **QUA ECCE IN DIEBUS ILLIS.** — In die extremi iudicii, de quo precessit in fine cap. preead : « Cum convertero captivitatem Iuda, » non Babyloniam, sed a longe acerbiorem, eaque tantum adumbratam, scilicet captivitatem peccati et exortis, quia Iudea tenetur captivi, et obsecratis sub iugo legis Moasitae, quam pertinacissime retinet; quod fit in fine mundi, q. d. Postquam Judeo in uno mundo, a Iudaismo converto ad Christianismum, et a servitute Iudaica traduxero ad libertatem Evangelii, ad sortem, inquam, et gloriam filiorum Dei, « congregabo omnes gentes » ad iudicium extremum. Ita S. Hieronymus, Ruperius et alii mox citandi.

2. **ET DEDUCAM EAS IN VALLEM JOSAPHAT.** — Quares primo, quando, et ubi id factum? Primo, aliqui Rabbini censent hic significari victoriam, quam Josaphat rex Iuda consequens est de Ammonitis, Moabitis et Idumeis, cum illi post austra se cœde trucidarent; idque in valle Josaphat, id est iudicij et vindictæ divinae, quam poscepit Josaphat II Paralip. xx., 12, dicens : « Ergo non iudicabis eos? » Verum haec vallis longe distabat a Jerusalem, eratque in Asasontham, quæ est Engaddi, ut ibi dicitur vers. 3. Et hoc vers. 26, vocetur vallis illa *Benedictionis*, » nusquam tamet ab historiis, vel *chirographis* vocatur vallis Josaphat. Adde, haec *victoria* diu precessit tempora Joels, qui de futuro tempore vaticinatur hic contra Tyrios, Sidonios et Aegyptios, non contra Ammonites, Moabitas et Idumeos. Insuper sub Josaphat nulla fuit captivitas Iuda, immo Iuda tunc erat hostibus suis dominata et formidabilis. Isdem rationibus refelluntur alii, qui hinc intelligent de clade Sennacherib, cum angelus eccepsit in eius castris 183 millia, IV Reg. xix, Fatoe tamen hic alludi ad hanc vallim et victoriam Josaphat, q. d. Impii iudicabantur et damnabantur a Christo et Sanctis ejus in valle Josaphat, sicut Moabite coesi sunt a Josaphat in sua valle, hujus antitypa. Unde et in valle Josaphat,

alias amoenissima, erat Tophet et gehenna, ubi cremabant filios idolo Moloch: quia proinde erat viva imago inferni et damnatorum, qui igne eterno cruciantur, ad quem a Christo in eadem valle damnabantur. Ita Sanchez.

Secundo, Cyrillus et Theodoreus haec referunt ad tempora Esdrae et Nehemie: tunc enim Iudei redierunt et captivitate Babylonica. Verum tunc nullae gentes habent Iudeas casas sunt in valle Josaphat. Porro toto celo errant Iudei moderni, qui haec accipiunt de captivitate et clade romana, qua ipsi a Tito et Vespasiano vastati sunt, quasi hie ei promittitur ejus solutio et liberatio, casis Romanis, Gog et Magog in valle Josaphat. Nam haec non fuit captivitas, sed excidium gentis, durabitque usque ad finem mundi, ut prædicti Daniel cap. ix, 25. Unde ipsi eamdem nunc patiuntur per 1000 annos, nee affulget, vel unquam affulgit eis ultra spes restauracionis. Adde, nullum hebreum Romanorum fieri mentionem, sed Tyri, Sidonis et Aegypti.

Tertio, Christiani aliqui haec referunt ad tempora persecutorum Ecclesiæ, puta Neronis, Decii, Diocletiani, etc., a quibus liberavit eos Christus per Constantinium. Verum tunc gentes omnes congregatas in vallem Josaphat, ibique cesas nosquam legimus.

Quarto ergo, certum est haec spectare ad diem iudicij, de eo enim egit in fine cap. preead, cui haec proxima subiecti Propheta, dicens : « Quia ecce in diebus illis et in tempore illo, » utique jam paulo ante a me designato, puta iudicij extremi. Tunc enim omnes omnes gentes congregabit Deus, et iudicabit in valle Josaphat: namque enim alias Deus congregavit omnes gentes toto orbe dispersas. Ita S. Hieronymus, Ruperius, Remigius, Haymo, Lyranus, Vatablus, Clarius, Ribera, a Castro et alii passim; quin et veteres Hebrei, quos citat S. Hieronymus, et Galatianus, lib. XII, cap. I.

Quærere, secundo, quenam et ubinam sit vallis

Josaphat, in quam congregabuntur omnes homines, et ad quam e celo descendet Christus iudex, ut in eo omnium iudicium peragat? Aliqui clementem nomen *Josephat* hic non esse proprium, sed appellativum, significans *Domini iudicium*; ac proinde non designare certum locum aut vallem, sed indefinite significare locum iudicij, quisquis illi sit futurus. Unde vers. 14 vocatur haec vallis « concessionis », quod in ea Deus conseruat gentes: ita Chaldeos, verbi enim: *Congregabo omnes gentes in vallem divisionis iudicij.* Et S. Hieronymus hic, et epist. 142 ad Damasum, ait gentes congregandas in vallem iudicij Domini, hoc est in iudicium Domini profundum: grecorum enim *κατάστασις* idem est quod *deorsum dicam*. S. Hieronymus sequuntur Haymo et Albertus. Alii clementem valem Josaphat certam esse vallem, sed adhuc inominatam et incognitam, quia ab evan-puta a iudice Christi in ea peragendo, nominanda sit vallis Josaphat, id est iudicij dei: Josaphat enim idem est quod *βαθύ την τε θάλασσαν*, id est *erit iudicium*, scilicet talis loco quem Deus novit et decrevit. Sic locus in quo sedebit Antichristus, vocatur id est vocabatur, *Apudina*, id est palatium regale, Daniel. xi, 45. Sie locus in quo cedentur reges sub finem mundi, Apoc. cap. xvi, 16, vocatur, id est vocandus dicitur, *Armageddon*, id est anaphema excidii, sive plenaria exciduum. Sie locus in quo cedetur Gog, Ezech. cap. xxxix, 41, nominatur, id est nominandum predictum, *Polyandrium*, vel *volvis multitudinis*.

Gog et Ruperius, Arias et Clarius. Verum melius, magisque genuine cum Syro, Arabico atroque et aliis, nomen Josaphat hic accepit et proprium. Est enim vallis Josaphat sita inter Jerusalem et montem Oliveti, quam perluit torrens Cedron: « Ubi horulus erat, in quo Judas proditor tradidit Salvatorem, » ait S. Hieronymus, in Jeremias xxx. Ita Venerabilis Beda, Bernardus, Saligniacus, Adrichomius et alii in Descriptione Terræ sanctæ: « Vallis Josaphat, ut Adrichomius, quæ et vallis Cedron, et vallis monitionis vocatur, vallis est latæ et profunda, inter Jerusalem et montem Oliveti interjecta, totam ab Oriente cingens urbem, quam torrens Cedron transiens suis aquis egregie fecundat. In hac vallis pili ac religiosi reges Iuda Asa, Ezechias et Josias templi combusserunt idola, eorumque cineres in torrentem Cedron proicerunt. Hæc vallis communis totius civitatis erat cemeterium, ubi vulgus et ignobiles sepeliebantur: extra urbem enim Iudei sepeliri mos erat: ibique nunc Turæ seculuntur. In hac quoque valle die illa cunctis mortalibus tremenda omnes undique homines ad extremum iudicium sunt congregandi, ut a Christo iudice recipiant debita pro meritis premiisque suis. Unde et vallis concessionis appellatur, quod ibi multi a bonis separabuntur. Tempore quo Christiani Palestinam potiebantur, erat hic Abbatia quedam, in qua Domina Melisenda re-

gina Ierusalem sepulta est. » In valle ergo Josaphat erat villa Gethsemani, et hortus, in quo Christus orans sudansque sanguinem prodiuit a Iuda, captus est a Judiis; et in eadem sepulta est B. Virgo Maria, ut notat Adrichomius. Porro valle haec nomen accepit a Josaphat rege, quod eam ipse insigni titulo et fabrica, v. g. arcu triumphali post victoriam de Ammonitis et Idumeis, ornavit: vel quod in ea mausoleum illi erexit sit, pulchra pyramide insignitum, ut tradunt Beda et Saligniacus: Iste enim Josaphat sepultus sit in Sion, ut dicitur II Paral. xxi, 1; tamen mansoileum illi erigi potuit in hac valle, in quod forte ejus ossa translata sunt.

Hæc sententia probatur primo, ex eo quod Septuaginta, Nestor et alii retinuerunt nomen hebreum *Josaphat* quasi proprium. Et sane qui hebreæ sciunt, ex ipsa compositione et terminations norunt Josaphat esse nomen proprium, sicut ac Josins, Joantes, Josue, etc. Secundo, quia in hæc vallis Josaphat, Ezechias et Josias idololatras et idola combusserunt, in typum quod Christus in eadem iudicatur esset infideles et impios, eosque in ignem gehennæ detrusurus. Tertio, quia in eadem valle erat cemeterium Ierusalem: ergo par est ut ibidem resurgant Hierosolymites, id est fideles Ecclesiae cives judicandi a Christo. Rursum in valle Josaphat erat gehenna, in qua cremabantur infantes idolo Moloch: ergo par est ut illi ibidem a Christo damnentur ad gehennam ignis aeterni. Addit S. Thomas in Isaia xxx, 33, Hebreos opinari ibidem esse fauces inferni, sive quedam infernali insinuata spiracula, qualia nonnulli opinantur esse in Alba, olla Vulcania, Vesuvio, Hæcla et similibus montibus qui flammæ vomunt. Iudicium afferunt, quod ibi duæ palmas jugiter furent, ut fumat Aetna. Verum hujus rei fides sit penes ipsos: apud Latinos enim nil tale legit. Quarto, quia valem Josaphat esse iuxta Ierusalem patet ex eo quod vers. 16 subdit Joel: « Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam. » Confirmatur, quia Ierusalem consetur esse medium terræ, in quo Deus, ut ait Psalms Psalm. lxxiiii, 12, salutem operatus est per passionem, mortem et ascensionem Christi: ergo decebat ut ibidem Sancti fructum sanguinis et passionis ejus, ac gloriam ascensionis participant. Quinto, quia Christus Hierosolymis vixit, docuit, miracula fecit, iudicatus et occisus est: ac in monte Oliveti, qui huic valli imminet, gloriam et majestatem suam ascendens in celum ostendit, ibique angeli eum redditurum ad iudicium predixerunt, Act. i, 11, dicentes: « Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in celum. » Ergo decebat et convenit ut in eadem iudicet incredulorum et inobedientium sibi, qui tante ejus charitat, redemptione, doctrina et miraculis, quibus doctrinam suam celestem esse, sequæ a Deo missum Messiam et Salvatorem probavit, credere et ob-

dire noluerunt. Justum enim est ut ibi Christus sine gloria maiestatem ostendat, ubi summam ignominiam sustinuit; utque ibi iudicet, ubi iudicatus est, et vindicatus sumat de suis persecutoribus, alisque omnibus qui sua sanguine ultra noluerunt. Ita S. Hilarius, Canon. XXV in *Math.*: « Congregantibus, ait, angelis conventum futurum in loco passions ostendit; et digne illuc claritatis adventus expectabatur; ubi nobis gloriam aeternitatis passione corporeas humiliatis operatus est. » Ila et Remigius, Lyranus, Vatablus, Emmanuel, Mariana hic, D. Thomas et Albertus in cap. xxxiv et xxxv *Math.*, D. Soto, Paludanus, et passim alii Scholastici in IV, disp. XLVII, aut XLVIII, ac nominatim Suarez, IIII part. *Quæst.* LVII, art. 6, disp. lxxi sect. III.

Per Christum iudex non descendet in ipsam vallem Josaphat: sic enim a tot hominum milionibus judicandis videri non posset, sed in aeren huic valle et monti Oliveti incumbente et vicinom. Sedebit enim in nube lucida et gloriosa. Assechabit et Virgo Mater, que in hæva secula est et resurexit: item Apostoli et vii Apostolici. In valle vero locisque et vicinis consistent homines judicandi, circumstantibus angelis: sed electi et beati rapientur in nubibus oblivia Christo in aera, ut ait Apostolus II *Thess.* xv, 16.

Et DISCEPITABO CUM EIS IBI. — Hebreæ: *Et iudicabo, id est iudicio contendam cum eis, ut veritatem Syrus; Arabicus: Et dijudicabo eos pro populo meo.* Alludit per paronomasiam in voce *YEDWU nispatti*, id est *iudicabor*, hoc est *discepitabo*, ad nomen *Josaphat*, quod hebreica significat *Dominum iudicium*, q. d. In valle Josaphat, id est iudicium Domini, ego Christus, quasi Deus et iudex, iudicio contendam cum omnibus gentibus, omnesque infideles et impios sceleris convineamus et condemnabmo, quod scilicet meam redemptionem vel non crediderint, vel neglexerint, et aspernari sint. Alique inter extera argumenta hoc profera: Ecce ego resurgens a morte ex hoc monte Oliveti, publice coram Apostolis plurimisque discipulis in cœlum consendi, ut ostenderem me a cœlis venisse, indequæ a Patre eterno missum, ejus legem et doctrinam celestem vobis tradidisse, ac per vera misericordia confirmasse: id quoque eo me, peracto legationis et redemtionis officio, a Patre revocari et regredi, ac consequenter vietum meum fuisse innocentem et celestem, nec mortem crucis mea meis peccatis promeritum, sed pro vestris eamdem amplexum sponte subiisse. Cur ergo mihi non credidistis? cur mea redemptionem et salutem non acceptasti? cur mee legi non parvisti? Sane nihil habetis cause, quod vestre incredulitat et inobedientia pretendatis, inexsorbates estis: convincit vos vestra ipsorum sententia, vestra iudicium, vestra ipsorum sententia, vestra conscientia vos reos et ingratos, mortem et gehennam promeritos; me vero æquum, miseri-

cordem et pium esse proclamat. Christus ergo supra vallem Josaphat in throno iudicario consistens disceptabit, et indignans rugiensque dicet impiis in valle consistentibus et pavidis: Ecce ego in hoc ipso loco pro vobis laboravi, et atra via passus sum; ecce hic in Gethsemani pro vobis sudavi aquam et sanguinem, prodius et captus sum, ligatus quasi latro, fractusque per Cordon in urbem: ecce juxta hanc vallem in domo Caiphæ, ac mox in domo Pilati, pro vobis iudicatus et damnatus ad mortem, flagellatus, spinis coronatus, colaphis cæsus, irrisus et consputatus sum: ecce hic totam urbem circumdactus, ercent bajolans, tandem in Calvanie monte pro vobis crucifixus sum: ecce hic nudus inter cæstum et terram passus, distensis manibus, pedibus, tolisque corpore metuens ipsum pro vobis in viciniam dei Patri obtul. Testis es, Pilate, testis Anna, testis Caiphæ, testis Juda, testes pontifices, testes Iudei, qui hoc ipso loco contra me contenti vocibus clamatis: « Reus est mortis: crucifigatur, crucifigatur. » Meministi, Pilate, quod quasi reus hic steterim coram tuo tribunali, et sententiam mortis a te accepimus; cum tamen tu innocentem me scires, diceresque: « Innocens ego sum a sanguine justi hujus. » Meministi, Caiphæ: meministi, pontifices, quod in concilio a vobis adjuratus: « Die nobis si tu es Christus filius Dei vivi, » responderim: « Tu dixisti: verumtamen dies vobis: Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cœli. » Mihil tamen non credidisti, imo subsannasti, et quasi blasphemasti condemnasti et crucifixisti. Ecce nunc dies illa quam vobis prædicti et intenati: ecce nunc sors mea cum vestra communata: judices sedis, steli ego reus: nunc rei vos, judex ego. Nunc videtis me eum esse quem dixi, Messiam Filium Dei, orbis dominum et iudicem: quomodo vos in seculares manus immittere, quomodo sacrifile Filium Dei blasphemare et occidere ausi fuistis? Cernite manus quas fodistis, pedes quos perforasti: cernite sacra stigmata, quæ corpori meo impressistis. Hæc vos iudicant, hec contra vos clament, hec condemnant. Ita ergo, sacrilegi, ite, dicidisse, cum Lucifero in ignem aeternum. Et vos, o infideles, o Turci, o pravæ christiani, hec scivistis, vel scire potuistis et debuistis; et tamen negligistis, spreveritis meos labores, sudores, dolores: sanguinem testamenti pollutum duxistis: maluistis sequi vestras concupiscentias, quam me, meamque doctrinam et legem: delicias, opes, honores momentaneos aeternæ saluti a me promissæ prestatistis, gehennæ incendia minitatem me contemptissis. Ecce nunc videtis quem contempseritis: nunc cernitis minas meas non fuisse vanas, sed veras; promissa mea non vanas, sed certas: nunc cernitis vanas et fallaces fuisse amasias, divitias, dignitates: nunc cernitis vos in earum amore fuisse stultos et insensatos: nunc

gemitis et plangitis, nunc pectora tunditis; sed sero et frustra. Ita ergo, improbi; ite, ingrati; ite, increduli; ite, insensati; ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolus et angelis ejus a constitutione mundi.

Vos vero, o Apostoli, qui me hoc in loco damnari, flagellari, crucifigi, occidi vidistis, et tamen in me credidistis, me secuti estis usque ad mortem et cruem: vos pariter, o viri Religiosi et Apostolici, qui mea paupertatem, humiliatum, mundi contemptum et cruem amplexi estis; qui mea meam fidem, doctrinam et religionem toto orbe propagasti: vos denique, o fideles, qui me redemptorem vestrum credidistis, sperasti, amasti, colisti; qui per omnia metu parvasti, qui christianam, meque dignam vitam egisti; qui solrie, pie et juste in hoc seculo vixisti expectantes beatam spem, et hunc meum adventum glorie magni Dei: Venite, o dilecti et electi, venite, o benedicti Patris mei, possidete regnum cœlorum vobis paratum ante secula, ab omni aeternitate. Et ibunt illi in ignem aeternum, statim autem in vitam aeternam. Beatus qui haec iudiciter cogitat, previdet et providet. Similiter exhortationem Christi iudicis ad impios habet S. Augustinus, serm. 67 *De Temp.*, qui est *De die iudicii*.

Hæc cogitat S. Pelagia ponens, quæ a vagilitate mundi conversa per B. Nonnum Episcopum Helopolenos, perpetue penitentiae se addixit, ad eamque delegit hunc locum. Nam in monte Oliveti turgurum erexit, ex quo in vallem Josaphat despectus est, ut iugem Christi patients, aque ac judicis venturi imaginem sibi ob oculos poseret. Ita habet ejus Vita 8 octobris, et Adriochius in *Descript. Terra sanctæ*.

Ad hanc quoque vallem B. Xaverius citavit prefectum Malacœ, qui, cupidino auri victus, iter ejus in Sinas, ac consequenter Sinarum conversionem impeditabat: « Ego, inquit, nunquam posthac illum, neque ille me visurus est in hac vita, nisi cum apud summum illum Iudicem in valle Josaphat eum accusatus sum, quod improbissima turpissimæ cupiditate occecatus, tantam animarum impedierit messem. » Ita Turcellus in ejus Vita lib. V, cap. vii. Ad eandem nos oraculo Joëni citat hic Deus, re ipsa citaturus per Archangelum, cum ille tubali voce omnes e monumentis evocabit ad tribunal Christi.

Patheticus S. Cyrillus, orat. *De Anima excessu*, quam fuse recitat noster Raderus in *Viridarium Sanctorum*, pag. 186: « Metuo, inquit, mortem, quoniam acerba mihi est. Metuo gehennam, quoniam aeterna est. Metuo tartarum (ita vocat gehennam frigoris et glaciei, qua equæ ac igne torqueri dannatos in inferno multi censem, moti illo Jobi, cap. xxiv, vers. 19: « Ad nimium calorem transcat ab aquis nivium. » Ita ibidem Philipus presbyter, S. Thomas, Titelmannus, Stünica et alii), quoniam nihil habet calor. Metuo verum veneniferum, quoniam aeternus est. Metuo

super populo meo et hereditate mea Israel. »

— *Populus suum, sive Israel, vocat suos fideles et sanctos.* Horum enim typus erat populus Israel, olim a Deo electus, fidelis et sanctus: illuc in ejus a Deo et Christo apositantibus locum subrogati et adoptati sunt, ut docet Apostolus Rom. ix, 8; nam ut idem ait Galat. vi, 16: « Quemque hanc regulam (Christi et Evangelii quod ego predico) secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei. » Vox et

significat id est, q. d. « Pax et sit a super illos, » id est super Israëlitas : quia illi sunt veri Israëlite, non carne, sed fide et spiritu : sequuntur enim fidem et virtutem Israëlis, Isaaci et Abrahæ. Horum ergo dispersonem, id est persecutions et exsilia sa vindicaturum hic dicit Deus. Sensus ergo est, q. d. In valle Josaphat disceptabam cum infidelibus et impiis, qui populum meum Israel, id est fideles meos, et pios verosque Dei cultores erunt, eosque condemnabam et puniam eterna morte.

ET TERRAM MEAM (populi mei, ideoque mean, illo ejecto, inter se) DIVISERUNT. — Perserūt in typo et allegoria vastationis et exodi Judeæ per Chaldeos, sed per hos intelligit expiations et injuriæ fidelibus irrogatas. Si enim Turcas Christianorum prædia et provincias invaserunt, occuparunt, divisorunt : sic Angli etiamnum orthodoxyorum bonum confusant, et per muleas exhausti, ut olim fecerunt Nero, Decius, Diocletianus, etc., quibus recte competit id quod sequitur :

3. ET SUPER POPULUM MEUM MISERUNT SORTEM, — sortito inter se dispartientes tam ipsu **Quam** ipsius bona, uitæ milites Christi crucifixi vestimenta, eo inspectante, sortito inter se divisorunt : qua ingens fuit contumelia et afflictio. Attulit ad sortem quam jecit Aman super Judeos de die et mense, quo eos trucidare destinabat, *Esther* iii. 7. Arguit gentium turbam a super tribus, ait Hugo Victorinus, de avaritia, de luxuria, de gula, de avaritia, quia super populum Domini sortem misit. De luxuria, quia puerum prostituit. De gula, quia pro vino puellam vendidit.

Tropologice : a Ieronimis terram Domini, id est fideles animam, uitæ dividunt; superque populum virtutum, peccatorum sortem mittunt. Tunc puerum, id est puritatem mentis, prostitutum illicitis desideriis. Tunc puellam, id est cordia innoeciam, vendunt pro vino, id est hebit a temporali et terreno delectamento. Huc et Hugo.

ET POSUERUNT PUEBUM IN PROSTITIBULO, — q. d. Pueros populi mei posuerunt in lupanarii, ut scilicet ex eorum corpore exposito pederastis ad inmatrarem et excorrandam libidinem, lucrum et questum facerent; sicut et puellas vendidunt partim ad libidinem, partim ad servitium, ut ex eorum prelio vinum emerent, eoque gulam suam explorarent. Unde Hebrei ad verbum habent : *Deberunt puerum in meretrice*, vel pro meretrice, quam S. Hieronymus vertere et vocare solet *prostitibum*. Unde in *Comment.* hic ait : « Posuerunt puerum in prostitibum, » hoc est, parostiterunt puerum lenonum quasi scortum mæscum, « ut eum viriles cogerent mutare naturam, » ut fecit *Machab.* iv. 9. Sic et Theodoretus, Rupertus, Hugo et Valablus. Quocirca Arabicus uterque vertit : *Committaverunt pueros in meretricum*, scilicet meretrices substituendo pueros meritorios, ex quibus captarentur turpem mercedem, qualis solet dari meretricibus.

Syrus vero verit : *Dederunt pueros in mercedem adulterarum*, ut eis servirent quasi famuli. Noster recte verit, « in prostitibum. » *In prostitibum* enim latine non tantum lupanar, sed et meretricem significat. Audi Plautum in *Auhl.* : *Belum et pudicum vero prostitibum populi.* Eadem dicebatur prostitibum feminine. Audi Festum : *Aliæ meretrices appellabantur, in campis solita ante pistrina aliciariorum versari questus gratia;* sicut hæc que ante stabula sedeant, dicebantur prostitibum.

Secondo, Septuaginta vertunt : *Puerum dederunt meretricibus*, scilicet pro prelio corporis eorum sibi prostituti, q. d. Tam vii estimantur pueros Judeorum, ut eos loco preti darent meretricibus pro suo corporis eorum, sive pro mercede metrificandi. Ita Chaldeus, Lyranus, Pagnius, Clarius, Arias et a Castro. Huic sensu facit Hebreum **בָּזָזָן** *bazzona*, id est pro meretrice, sicut mex de puellis ait, eas venditas **בְּאֵין** *beian*, id est pro vino ; utroque enim est *beth* pretium.

Terter, Hieronymus Prado in *Ezech.* xvi. 13 : « Posuerunt puerum in prostitibum, » hoc est, inquit, ad eduliu in campo proposita, ut vendantur hospitibus, emenda et comparanda, q. d. Dederunt in premium esculentorum puerum Judeum captivum, æque a pro vino dederunt in pretium puellam Judeam. Hebreum enim **בְּנַזְזָהָן**, id est prostitibum, significat proprie cauponam, que prostitutu eduliu, vel merces, vel operas suas, vel etiam corpus, et tum vocatur *meretrice*. Verum latinum *prostitutum* nunquam cauponam, nec esculentu venum prostituta significat. *Primus* ergo sensus est genuinus, eumque exigit nostra Versio latina; deinde *secundus*, qui valde congruit textui Hebreo. Pauci hic, sed enorma in innocentes pueros et puellas scelerata, in die judicii judicanda et punienda recenset Propheta, atque per synedictum sub his quevis ab aliis subintelligit. Ita Lyranus.

4. VERUM QUID MIHI ET VOBIS TYRES ET SIDON, ET OMNIS TERMINUS PALESTINORUM ? — Phrasis illa : « Quid mihi et vobis est ? » aversantis, indignantes, abjecti, reprobaantes et condemnantes est, quod adversus ipsum Deum bellum moveant, odiante et simulates exercere presumpserint, cum populum Dei persequebantur. Num, ut ait S. Hieronymus : « Qui populum Dei persequeritur, ipsum Deum persequitur, cuius est populus. » Unde Christus Saulo ait : « Quid me persequeris ? Ego sum Jesus, quem tu persequeris, » *Acto.* ix. 4. Jam Haymo, Rupertus, Arias, Valablus et Ribera censem Tyrum, Sidonem et Palestinos hic ad litteram capi metaphoricæ, pro quibusvis impis : ac, vice versa, per Judeos significari omnes pios et sanctos. *Tyros* enim hebreus idem est quod coarctatio, et *Tyrii* idem quod coarctantes, angustiantes, affligentes; Sidon, idem quod venantes, scilicet ad mortem : Philistini, idem quod convergentes cinere, id est luctum afferentes, ut

notat S. Hieronymus. Alii, et melius, haec proprie accipiunt; sicut enim Joel ex multis sceleribus in die judicii judicandis, paucæ tantum per modum exempli paulo ante recensuit, ex his cetera omnia synecdochie subintelligens; ita et hie ex omnibus gentibus tum judicandis per modum exempli producit paucæ et fama, et vicinia, et sceleris apud Judæos insigniores, atque ex his ceteras omnes partim per synecdochem, partim per metaphoram intelligendas relinquunt. Tyri enim, Sidoni et Philistini fueri auctæ, et penit perpetui, populi Dei, puta Judaorum, hostes, in eosque sepe crudeliter deservienter spoliando, occidendo et vendendo eos Graecis, id est genitibus Asiani. Unde contra eos tonati Prophetæ uno ore, et ex eisdem per Chaldeos ieiñtant, ut Isaïas cap. xv. 29, et tot cap. xxiii, Jeremias tota cap. xlvi, Ezechiel tota cap. xxvii et xxviii. Eadem de causa Joel hic eisdem idem per Chaldeos temporalis excidium (sed obiter perstringendo id tantum), ac multo magis eternum in die judicii, puta condemnationem et gehennam, intentat. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Lyranus, Ribera et alii. Miseret ergo Joel litteram allegorie : quia mixtim loquuntur de hostibus Judeorum sui temporis, et de hostibus fidelium et sanctorum quovis aevi. Sic Isaïas, cap. xiv, miseret casum Balaamis cum casu Luciferi; et Ezechiel, cap. xxviii, miseret casum regis Tyri cum casu Cherubim. Vide Can. IV et LI in *Prophetas Majores*.

Quare minus recte aliqui haec referunt ad Tyrios, Sidonios et Palestinos, qui tempore Titi et Romanorum Judeos affligerunt, alii ad eos qui Christianos et nascentem Ecclesiam Christi in Iudea persecuti sunt : praesertim cum non legamus Tyrios, sed Judeos ipsos persecutos fuisse Christum et Christianos. Sensus ergo est ad litteram, q. d. Quid mihi vobiscum est ?, o Tyri, Sidonii et Palestini, qui acerbi et continuo fuisti hosti populi mei (Judeorum), ac consequenter mei ipsius, qui populi hujus mei tutor sum et Deus ? Num utilitatem de me, quod sepe per Judeos vos seciderim, sumere vultis hie opus, quod cum me non possitis, populum meum opprimitis, ejusque aurum et opes diripitis, templum meum spoliatis, ut delbra Belli et idolorum vestrorum ornatis, ac Judeos quasi mancipi venditis Grecis, id est genitibus, utli fecit Nicanor, II *Machab.* viii. 14. Sed agite, ecce ego vicissim oleiscar me, et hasce populi mei injuries, ac talionem vobis rependam : susgabo enim et liberabo populum meum de manu vestra, faciamque ut ille vestri dominetur, et viceps filios vestros vendat Sabæis, qui sunt prædones notissimi, ut patet Job i, 14 : licet enim hoc re ipsa factum alibi non narrat Scriptura, hic tamen futurum prædict, unde factum esse, non dubium : sic enim multa a Prophetis predicta, facta non legitur, et tamen facta non dubitanus. Credimus enim oracula eorum fuisse vera, ac proinde re ipsa implita. Vide Can. XL in *Prophetos*

(1) Sie vertit Maurer : *Et eos quid mihi tandem vultis facere, cogitatis inferre malum, Tyre et Sidon, et omnes regiones Philistæas?* Num opus rependeret vultis mihi, nunc cogitatis referre malum mihi, pro eo quod hanc vobis ponam annuntiavi, 1-37. Si retrubutis mihi, malum mihi refert, cito, certe, referam opus vestrum in caput vestrum, referam vobis quod mihi intuleritis malum. Haec sola difficultas loci interpretationis, inquit Maurer, sententiam ad nexum aptam ita præbet, ut non vim inferat verbius.

Major. Ita Theodoretus, Remigius, Lyranus (4). Hic est sensus primus et quasi fundamentalis, sed sub hoc alium magis precipuum intendit Prophetam : nimur per haec Tyriorum, Sidoniorum et Palestinarum sceleris, et eorumdem punitionem, significat similis crimina tum Turcarum et Saracenorum in Christianos, tum quorumvis impiorum qui pios persecuntur, quos Deus in die judicii, cum suis fideles et pios a morte suscitabit ad vitam, et in libertatem gloriam filiorum Dei asserit, puniet et vendet Sabæis, id est tradet cruciando demonibus. Ille enim Sabæi moribus et nomine erant similes. Sabæi enim per se significat hebreæ captivitatem, ut verum hie Septuaginta, et captivantes, quales sunt demones. Unde et Arabicus Alexandrinus vertit : *Venundabunt eos in captivitate, captivitatem* (captivos abducendo) *ad gentes remotam.* Ita Rupertus, Clarius, Arias, Valablus, Ribera et a Castro. Rursum Sabæi per sis hebreæ significat epulantes, saturos a radice **שָׁבָא** *saba*, id est saturatus est, vel potentes et ebrios, a radice **שָׁבָא** *sabat*, id est polat, ut sit metathesis. Demones **שָׁבָא** lanabunt impios in gehenna, eorumque carnis, sanguine et pœnis se pascent, et quasi inebriant. In die judicio enim extremo agit Prophetæ in precedentiis, æquæ ac in sequentibus : unde symbolice per Tyrios, Sidonios et Palestinos notantur hie tres, id est omnes classes impiorum. Tyrus enim superba, et instar arcis in mari eminet, notat superbos : Sidon mercature delecta, venansque opes, notat avatos : Palestini, id est cadentes, notant carnales, qui quasi porci corrunt in ventre et venerem, ac voluntari in concomitie et libidinis. Nam, ut ait S. Joannes epist. I, cap. II, 16 : « Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum (avaritia, sive cupiditas auri et argenti), et superbia vita. » Hos deus ejusque Sancti iudeabum et dampnabunt in die judicii, iuxta illud *Psalm.* Lxix. : « Exsultabunt Sancti in gloria, etc.; gladi amictes in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus, interpretationes in populis. » ad alligandos reges eorum in compeditibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis judicium conscriptum : gloria haec est omnibus Sanctis ejus.

Et OMNIS TERMINUS PALESTINORUM. — Ita et Tigurina et alii passim, q. d. Et omnes fines omnes regiones Palestinarum. Verum Septuaginta

hebreum גַּלְּילָה gelilot refinerunt quasi nomen proprium, vertuntque: *Et omnis Galilea alienigenarum, id est Philistinorum, Mirum hoc: nam nulla Galilea fuit in Philistea; unde in Hebreo non est alienigenarum, sed Palestinorum. Audi S. Hieronymum: « Pro Galilee, in Hebreo scriptum est gelilot, quod Aquila, οὐκεῖ; Symmachus, terminos transtulit: ἀντὶ αὐτοῦ id est tumulum arenarum, referamus ad littore Palestine, non ad Galileam Philistium, quae omnino nulla est. » Quare credo Septuaginta, qui id sciebat, voluisse retinere hebreum nomen gelilot, ut Galilea sit nomen appellativum, non proprium, significans fines, terminos: hi enim hebrei vocantur gelilot, indequ regio Galilea nomen accepit, puto a revolutionibus et molibus arenarum, quibus determinatur; qui enim mari adjacet, hinc ab eo se dividit, et tularit in littore congesitus arenarum tumulus: radix enim γῆς galat significat vovere, conuovere. Ita Andreas Masius in *Josue xiiii. 2*. Ubi pariter Noster verit: *Omnis Galilea Philistium et Gessuri; Septuaginta vero, Chaldeus et Rabbinis vertunt: Omnes limites vel littora Philistinorum et Gessuri.**

8. **SABEI.** — Sic et Aquila et Symmachus, licet Septuaginta vertant, in explicatiōnē, בְּנֵי сеbeim hebreiāe sunt captiūvati. Sabei autem sunt vel Ethiopiaes, vel Arabes, Arabic Felicis, de quibus Poeta: « Centumque Sabeo thure calent are. » Duplex enim est Sabaea, una in Ethiopia, altera in Arabia: utraque longinquę longe distans a Iudea, uili doce docet P. Pineda, lib. *V De Rebus Salem*, cap. vi, num. 3 et 4; unde Preto Joannes Imperator Abyssinorum hoc titulo gloriatur: « Dominus Sabaim (id est utrinque Sabaei, et utrunque Sabaeorum) et successor regne Sabaei, » quæ cum numeribus venit ad Salomonem, III, Reg. x. Porro « Judei, » inquit S. Hieronymus, promittunt sibi, imo somniāt, quod in ultimo tempore congregentur a Domino, et reducentur in Ierusalem. Nec haec felicitate contenti, ipsum Deum suis manib⁹ Romanorum filios et filias asserunt tradituros, ut vident eos Iudei non Persis, et Athiopibus, et ceteris nationibus, quæ vicine sunt; sed Sabaeis, geni longissima: quia Dominus locutus sit, et populi sui uicis uicti injuriam. Hec illi, et nostri iudicantes (Chiliste) qui mille annorum regnum in Iudea sibi finibus pollicentur, et aream Jerusalem et victimarium sanguinem, et filios ac nepotes et delicias incredibiles, et portas gemmarum variae distinctas (de quibus Apoc. cap. xxxi): « Nos autem dicamus quod et suscitavit Dominus post adventum suum et quotidie suscitat, et suscitatrus est eos quos varius error eduxerat de finibus suis; pulchreque: Suscitabo, ait, quasi jacentes et corrueentes, ut qui jacebant in heresi, stent in Ecclesia, reddens hereticis quod fecerant, ut filios eorum et filias, quos in mystici et carnalibus eruditur, tradat in manus filiorum Iuda, id est in maribus eorum qui Ecclesiarum principes existerunt, ut ad me-

liora conversi, ecclesiasticis dogmatibus incipiāt esse subjecti. » Hoc tropologicum est: nam ad litteram agit Joel de impiis, quos in die judicii exterme servitū et carcere Deus mancipabit.

9. CLAMATE HOC IN GENTIBUS (proclamante haec voce preconis apud gentes): SANCTIFICATE (Tigrina, indicite; Chaldeus, preparate) BELLIUM. — Est catachesis: quia enim festa futura solebant apud Iudeos sanctificari, id est indici et preconis voce publicari, ut ad ea quasi sancta populus se sancke compararet; hinc sanctificare idem est quod indicere et proclamare. Vide dicta *Jeremias vi, 4*; unde Theodoretus: « Sanctificare bellum, » hoc est, inquit, « excitare pugnatores et segregare ad bellum: quoniam enim sanctus seipsum a sceleris segregat, hinc omne quod segregatur ad aliquid, vocat sanctificare. »

Tropologic Hugo Victorinus: « Sanctificare bellum, est bellum sanctitate donare: nonne bellum sanctificatur, ubi virtus triumphat, et vitium necatur? »

Noto haec per ironiam dici, q. d. Defendite vos, o Tyri, alieque quilibet gentes, quantum potestis; at non evadetis iudicium meum, manum meam, vindictam meam, quam exercabo in vos tum per Chaldeos, tum potius per Christum et angelos in die iudicii. Ita S. Hieronymus, Lyranus, Clarius et Vatablus, Adlit Arias omnes impios, quasi classico evocatos, ruituros in bellum contra Christum et Sanctos, ac properatores in vallem Iosaphat, itaque instar furentium ruituros in suum exitium, quod ibidem eis inferet Christus. Verum hoc parum est verisimile: nam morientur omnes ante iudicium, ac classicum Archangeli audiunt: « Surge, mortui, uenite ad iudicium; » scient ergo se evocari ad iudicium, non ad bellum. Minus enim verisimile est quod censem Rupertus et Hugo, haec dici concionatoribus, τοις bellum indicant peccatis et peccatoribus; aut viris sanctis, ut contra impios parent arma, de iisque se ueliscantur. Patel enim ex seq. haec ad impios in fine mundi ironice dici. Unde sequitur:

ASCENDANT, — prodeam in prælum, aries suas explicit, arma vires suas ostendit.

10. CONCIDE ARATRA VESTRA IN GLADIOS (Haec phrasē significat bellandi cupidinem, neque ac necessitatē extrema, tantam scilicet, ut opus sit ex aratri fabricare gladios, quibus pro vita pugnetur, etiam a languidis et infirmis. Hoc est enim quod subdit): INFIRMUS DICAT: QUA FORTI EGOS SUM, — q. d. Infirmus in tanta necessitate infirmitatem exuetur, vires et arma suscit: agitus enim de ejus et omnium aliorum capite et salute. Ex adverso *Isaias*, cap. ii, 4, significans pacem summam a Christo nascente orbi afferendam, ait: « Conflabunt gladios suos in uomes, et lanceas suas in falces. » Simili phrasē tempus belli exprimit Virgilus, *I Georg.*:

Et curva rigidum falces curvantur in ensēm.

El Ovidius, lib. I *Fastor.* :

Scula cessabant, versique in pila ligones :
Factaque de rastri pondere cassis erat.

Et Martialis, lib. XIV, epigr. 34, cuius titulus:
Fals ex euse:

Fax me certa ducis placidos confavit in usq.
Ariola non sum, militis ante fui.

Sia S. Paulum gladium persecutionis vertiso in uomerem Evangelii, cum ex Iupo factus est agnus, docet Tertullianus *Contra Gnosticos*, cap. xiii: « Paulus Apostolus, inquit, de persecutore, qui prius Ecclesie sanguinem fudit, postea gladium stylō mulans, et convertens macharam in armatum: lupus rapax Benjamin, deinde affers et aliud ipso escam. »

Tropologic Hugo Victorinus: « Quid, ait, sint aratra, nisi membra mortificata? Quid est aratra in gladiis concidere, nisi membra mortificata pro cura fidei, pro virtute verbi nisi nec frequenter opponere? Ligones sum variae mentis compunctiones: lancee sunt severae comminationes. Quid est autem ligones in lanceas concidere, nisi et varia mentis compunctione ardorem fidei, virtutem verbi, vim sententiarum concepire? Gladius est, de praesenti virili concepcione: lancea, de futuris salubris communatio. » Unde sequitur:

11. IN OCCUMBERE FACIT DOMINUS NOBROS TUOS (— q. d. Quantumque, o gentes, sitis armata, quantulum fortis et pugnaces, tamē in valle Iosaphat cedemini a Domino, occumbetis, et in tartara detrudemini. Dicit « robustos tuos, non vestros, qui loquitor collectivē totū gentium populo, tanquam uni. Omnes enim in Dei hostes, et impii unus censurant reproborum cotus, unus damnatorum populus. Si sepe alibi Scriptura de iisdem loquitor nunc in plurali, respiciens singulos, qui sunt plures; nū in singulari, respiciens populum, qui est unus.

Pro occumberē facit hebrei est חַנְחָת hanchat, id est descendere fecit, hoc est facit: prophetic enim præteritum capitum pro futuro. Unde Tigrina versio habet: *Isti sternal Dominus heroes tuos.* Sie et Chaldeus et Pagnius. Rursus hanchat potest accipi ut imperativus. Unde Vatablus vertit et explicat: *Descendere fac, o Domine, fortis tuos, ut scilicet contra gentes pro Ecclesia tua dimicent; vel descendere facies et collis angelos tuos fortis, iuxta illud Iudic. cap. v, 20: « De celis dimicatum est contra eos. »*

Septuaginta aliter haec accipiunt; vertunt enim: *Mansuetus sit pugnator, q. d. Pac, o Domine, ut tui bellatores descendant ut ferociam, ponant animos et iras, sintque mansueti, ut vindictam clementia temperent: forte etiam pro*

(5) Quod secunda persona subito transit in tertiam, nihil potest habere difficultatis in loco, in quo iterum item rurique mutatur persona.

hanchat legerunt חַנְחָת haane, id est humilia, humili fac et mitis.

Nota: Logumur Joel et Prophetæ de die iudicii quasi di die prælli, que Christus configet et proteret reprobos, utpote hostes suos, calcans eos quasi in torculari, et concidens eos in valle concisions. Idem Christi prælum describitur Apoc. cap. xix, 11; Sapient. cap. v, 18; Isaie cap. lxvi, 15 et 24.

12. CONSURGANT ET ASCENDANT GENTES IN VALLEM JOSAPHAT. — Sunt verba Christi omnes gentes evocantis et citantis ad suum tribunal, q. d. Gentes, ubilibet mortis et sepulture, a morte et sepiro resurgent, pergantque in vallem Iosaphat: « Quia ibi sedebit ut iudicem omnes gentes. » Ita S. Hieronymus, Rupertus, Remigius, Lyranus, Hugo, Vatablus et alii. Dicit, « ascendat: » primo, quia ascendere Hebreis idem est quod ire, pergere; secundo, quia Ierusalem sita est loco alto, ut alitudo venientes eo scandere oporteat: aliqui ex ipsa Ierusalem in vallem Iosaphat descendunt, non ascendunt; tertio, quia tribunalia iudicium solent esse loco sublimi et conspicuo, ut eo eminibus scandendum sit: sic Christi tribunal erit loco edito super vallem Iosaphat, ut gentes ad illud eunt res recte ascendere dicantur; quartu, ascendere Hebreis est verbum militare et forensē. Milites enim dicuntur ascendere in prælum, cum pergit contra hostem, cum eoque configunt; ascendere enim significat aggredi rem ardiam, ad quam animos erigere, vires excitare et acuere opus: fale autem est prælum, vel militare, vel iudiciale, puta quo res eum testibus et judice disceptat, et quasi configit pro se quoque capite.

13. MITTE FALCES. — Loquitur hic Christus ad Apostolos aliosque qui secum sessuri sunt iudicēs in die iudicii, ut impios condemnent. Ita S. Hieronymus et Remigius; vel potius ad angelos, qui demetent homines in fine mundi, ac mox eosdem resuscitabunt, et ducent ad tribunal Christi, ab eoque damnatos detinendunt in tartara, q. d. Vos, o angelī, demetite omnes homines viventes, ut moriantur: « quoniam maturavit, » id est matura est, « messis, » id est quia completus est electorum omniumque hominum numerus, ac mundi secula a Deo prestabilita jam evoluta sunt; ac proinde Deus illis finem imponere decrevit. Ita Rupertus, Haymo, Lyranus et Vatablus. Proprie autem impiorum naturitas significat tempus eorum post felicem vitam decursam, cum nimis illa in omni voluptate et turpitudine usque ad maturam ætatem est transacta: tunc enim maturitas est tam etatis quam iniuritatis, quasi segatis que poscit manum et falcam messoris, ut in tartaro, vel horreo condantur. Huc altius Christus, *Math. cap. xiiii, 39: « Messis, ait, consummata seculi est; messores autem angelū sunt. »* Mox vers. 41: « Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia

scandala, et eos qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis. » Huc quoque allusit S. Joannes, Apoc. cap. xiv, 13, ubi videt tres angelos cum falcatibus demetentes messem, et vindemiantes botros terre, Ibidem P. Alcazar censet primum angelum, qui vers. 13 dicit: « Mitte falcam tuam et mete, quia venit hora ut metatur, quoniam aruit messis terra, ad litteram esse Joelem, qui hic idem dicit quod angelus illi Joannis: secundum, qui vers. 17, vindemiant botros terre, esse Mosen qui est typus sapientie: tertium vers. 18, qui secundum admetit ut botros vindemiat, esse Eliam, qui est typus zeli: hinc enim demessio et vindemia terra erit opus summe Dei sapientiae aequae ac zelatae.

Porro addit Alcazar Joelem, aequae ac Joannem, messi jungere vindemiam hos sensu, q. d. Vos, o messores, id est predicatores Evangelici, strenue predicando insistite messi Dei colligende, neque enim vobis laborantibus et sustentibus derit vini copia et affluencia, que vos reficiat et soletur. Nam cum vos totos in messem Domini impendetis, Dominus vicissim vindemiam curam suscepit, immo messem vestram illico in vineam natum convertet, et ex ea exprimet mustum delicatissimum. Nihil enim est quod predicatores ita recreet, nullum vimum sapidius, quam copiosus et fructus predictionis ipsorum. Dum enim vident tota converti, adeo sanctos evadere, immo martyres fieri, bibunt vinum consolationis suavisissimum. Verum hic sensus nec est literalis, ut patet, sed potius literali, qui est de damnatione reprobatorum, adversus et oppositus: ac consequenter nec est mysticus. Hic enim fundari debet in literali, sicut congrue et ex aquo responderet, ut naturaliter inseritur, et quasi innata us videatur.

VENITE, ET DESCENDITE, QUA PLENUM EST TORULUS — hotelis et iuvis: in illud ergo vos, o angeloi, descendite, ut hanc uvas prematis et calcetis, ut habent Septuaginta. Torulus hoc, sive preium plenum uvis, id est impios premendis et conculeandis, erit gehenna, sive infernus. Unde Chaldaeus verit: *Conculcate interfectos*. Nota metaphor: *calcare enim torular*, in Scriptura significat ulisci, et acres penas de reo sumere; quia sicut torulari vimut, ita vindicta et supplicio sanguinis, anima et vita exprimitur. Sic Thren. cap. 1, 15, dicitur: « *Torular calcavit Dominus virginis filie Iuda*. » Et Isaiae cap. LXII, 3: « *Torular calcavil solus, etc., calcavi eos in furore meo*, et conculeavi eos in ira mea. » Et Apocal. cap. XXI, 15: « *Ipsa (Christus) reget eas (gentes infideles et impias) in virga ferrea: et ipse calcat torulari vini furoris ira Dei omnipotentis*. » Vide ibi dicta.

14. **POPULI PECCATORUM** (hoc est, plurimi populi scilicet erunt) **VALLIS CONCUSIONIS**, — id est Josaphat, ubi concidentur, id est perpendit impii, juxta illud Psalm. CXXVII: « *Dominus justus concidet cervices peccatorum*. » Ita S. Hieronymus, q. d. O

quot populi, quot turbæ, o quot gentes concidentur in valle Josaphat! Ita Vatablus. Unde Septuaginta verunt: *Sonitus audiit sunt in valle iudicii*. Hebreum enim **תְּמִימָה** significat tumultus et strepitus turbarum et populi multi. Unde Syrus verit: *Murmur (fremitus) clamoris in profundo cœtu* (in valle congregationis populi); Arabicus: *Hic est tumultus casum, querum incursum in valle Josaphat*.

Nota: Hebrewum **תְּמִימָה charuts**, primo, verti potest concisionis. Ita vertant Aquila, Symmachus, Quinta editio et Noster.

Secondo, charuts verti potest, *tribulationis, tribulations, vel tribula*, sive trahit ferrate et dentata, instar serræ ad serrandum, qua grana ex aristis quasi serrando excutuntur, triturantr et a palæis separantur. Unde Tigurina vertit: *Turbæ, turba convenient in valle excusioneis*; alii, in *valle scruttonis*: Chaldaeus, in *valle divisionis iudicij*; alii, in *valle concusioneis*, id est separationis, in quæ seculi boni a malis, trituum a pale, agni ab hædis separantur. Ita Remigius et Lyranus. Ubi nota: Congruè respondet hec tribula passiva impiorum tribulis active corundem, qua ipsi tribularunt in hac vita piis et justis. Justum est enim ut tribulationem injustum, quam aliis intulerint, ipsi sentiant et subeant. Rursum, tribuli hec aperte respondent torculari, de quo praecessit. Tunc enim excutenda est, aequa ac exprimenda omnis impiorum felicitas, et humor pristinus felicitatis, ait Pineda in Job cap. XXIV, 24.

Tertio, Vatablus: *Vallis, ait, dicitur charuts*, id est concisionis, vel decisions, id est *iudicij definiti, determinati et concisi*. Unde Septuaginta et Theodotion verunt, *στενὴ καὶ τεῖχος*, id est, *causa et iudicij*. Rursum *vallis concisionis*, id est decurrationis et abbreviationis, ut vertit Syrus hic et Noster, Isaiae cap. X, 23, est vallis in qua concius, curius, brevis et exiguis conflabuntur Beatorum numerus. Ubi nota: Fulchra est anti-thesis inter goutium omnium immensum multitudinem, et concisionem sive abbreviationem: amputatis enim, resculcis et rejectis impiorum, quem infinitus est numerus, colligit Deus brevem quamundum justorum et electorum summam et numerum, iuxta illud Isaiae cap. X, 23: « *Consummationem et abbreviationem* Dominus Deus exercitum faciet in medio omnis terra: » sicut in tributa, rejectis paleis, pauca restat tritid grana.

Quarto, vallis charuts verti potest *vallis excisionis, consumptionis, excidi*, scilicet impiorum.

Quinto, charute significat aurum concusum, vel confusum, aut potius precium, disretum et separatum, id est expurgatissimum, quod obriuum vocant. Sicut ergo Roma Vaticanus vocatur Mons aureus, quia in eo crucifixus est S. Petrus Apostolorum princeps: ita vallis Josaphat vocari potest Vallis aurea, tum quia sanctis et electis erit aurea et felicissima, aequa ac reprobis ferrea et

ali, coquæ deficiente existent; sed hoc refellunt Physici.

Symbolice, Origenes ibidem: « Sicut, inquit, in dispensatione crucis (dum Christus in cruce pendebat) solo deficiente, tenebrae facte sunt super universam terram: sic signo (crucis) Filii hominis apparente in celo in die iudicij, deficiet solis lumen, et luna, et stellarum, quasi consumptam a multa virtute signi illius. »

Allegorice Haymo: Sol, ait, est Christus, luna B. Virgo, stellæ Sancti, qui lucem, id est serenitatem et favorem vulnus sui, retrahunt a reprobis. Ex adverso Origenes loco citato: Sol, ait, mundi hujus est diabolus, luna est Ecclesia malignum, stellæ sunt pseudoprophecia et haereticæ, quasi stellæ cadent de celo, id est, de sua dignitate et gradu existent in die iudicij, quando sententiam damnationis a Christo accipient.

Tropologic Hugo Victorinus: « Sol, ait, es mundi philosophia: luna: seculi pars potest: stellæ celeste potestes subdit. Sol ergo et luna in Josaphat, id est in humilitate iudicij obtulerint: sunt: quia ex quo sapientes hujus mundi, potentes hujus seculi ad fidem claritatem accesserunt, statim sui erroris tenebras agnoverunt. Stellarum vero retrorsum splendorem suum: quia dum discipulos Christi in causa fidei contemptum ariperunt mundi, et abjectionem sui agnouerunt, martyrum: dum eos fulgentes signis, ornatos prodigiis, gloriosus miraculis prospexerant, maxime ab elatione conversi, a dignitate terrene prostrati, humiliatum Christi sociati, colla fidei subdiderunt. »

15. **SOL ET LUNA OBTEINENTUR SUNT** — in die iudicij tam calamitosi et horribili; non enim agit hic de signis iudicij previsis: de his enim egit cap. XI, 30, sed de ipso iudicio, cum ad illud omnes cogentur in vallem Josaphat. Nota hyperboleus hypallage cerebrum apud Prophetas, quidam solent lunam et stellas obscurandas esse, cum significare volunt magnitudinem et atrocitatem afflictionis, timoris et horroris, q. d. Dies ille (iudicij) tanta calamitas erit, ut hominibus ex illa attoniti et consternati, ac ad ultum irati judicis expavescantibus, sol, luna et stelle deficiant et obscurant videantur. Mortis enim et pavidis omnia videntur trista, mortua et atra. Similes phrasis est Isaiae cap. XIII, 19. Amos cap. VIII, 9, et alibi. Vide Can. XXXII in Isiam. Ita S. Hieronymus. Aut quia tanta erit claritas Christi aliorumque corporum beatorum, ut sua fulgora offuscent lucem solis et stellarum. Ita Remigius et Lyranus.

Mytice Rupertus: De Sion et de Jerusalem, id est, inquit, de medio angelorum et hominum beatorum, quibus in die iudicij cingetur, Christus rugiet in impiorum. Minus recte Arias verit: Pro Sion et pro Jerusalem, id est pro vindicanda Ecclesia sua susque electis rugiet Christus contra sceleratos, qui eas affligerunt.

Et MOVEDUNTUR COELI ET TERRA. — Censem aliqui celos et terram, totumque orbem quasi conturbatum et indignantium ad passionem sui creatoris, quibus in die iudicij cingetur, Christus rugiet in impiorum. Minus recte Arias verit: Pro Sion et pro Jerusalem, id est pro vindicanda Ecclesia sua susque electis rugiet Christus contra sceleratos, qui eas affligerunt.

sum illo orbis terrarum contra insensatos, *Sapient.* cap. v., 21. Prius probant ex *Matth.* cap. xxvi., 51., ubi dicunt quod, Christo pendente in cruce, non tantum petra scissa, et monumenta aperita, sed et terra (utique tota, puta globus ipsius terra) mota sit. Terra enim suo motu, et quasi sensu significabat Christum qui patiebatur esse Deum, eumque terram conquassare, terramque ob tantum scelus in Dominum suum admissum hominibus quasi indignari, in eosque vindicem insurgere.

Mystice, significabatur nova terra et novus mundus fidem, per Christum instituendos. Insuper commovenda fore per hanc Christi necem, terra et saxa hominum corda ad penitentiam. Utrumque probant ex illo *Job* cap. ix., 6.: « Qui commovet terram de loco suo, et columne eius concutuntur. » Ita censes Didymus in *Catena Gracorum Job* cap. i., 9., et favebat ibidem Philipus presbyter, et Hugo Victorinus hic, qui ait: « Vox Christi tam excelsa erit atque terribilis, et columnae quasi applaudet. Ita Lyranus.

Tertio, « movebuntur celi », id est cœlestes, puto Beatus, ad exultandum et jubilandum, cum a Christo judice audient: « Venite, benedicti Patri mei, et terra », id est reprobri terrigenae et terre filii, ad tandem peccata, vellendum crines, complodendum manus et brachia, cum ab eodem rugiente audient: « Ite, maledicti, in ignem aeternum. » Ita Remigius et Hugo.

Et DOMINUS SPES POPULI SIT, — q. d. In illa die (iudicii) rugiente Christo contremiscunt ecclœ et terra; populus autem ejus, puta verus Israel, non carnalis, sed spiritualis, hoc est fideles et sancti, secuti et confidentes stabunt; nam confident in Deo suo, ab eoque sperabant salutem, gloriani et regnum aeternum; sperabunt, et obtinebunt: Deus enim erit « spes », id est complementum spei, sive adimplens et completa spem ipsorum. Idem enim erit « fortitudo », corroborans eorum mentes et corpora, faciens ea immortalia, eterna et gloria. Hoc est quod ait Sapiens, cap. v., 1: « Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt. »

17. ET SCIENT QUA EGO DOMINUS DEUS VESTER, HABITANS IN SION. — Promittit hic Deus Sioni et Hierosolymæ ingentia et multiplicia bona, que Judæi carnales carnalia expectant in adventu sui Messiae. Accudent judaizantes Chilastres, qui ex hoc loco et ex *Apoec.* cap. xx., 4, putarunt post resurrectionem et diem iudicij, sanctos hic in terra, puta in Jerusalem, cum Christo victoriosi in omnibus carnis deliciis, et in omni felicitate terra per milles annos, quibus exactis eos rapierdos in colum ad aeternam gloriam, ut dixi *Apoec.*

cap. xx. Verum his agi de Sione spirituali, non carnali, id est de Ecclesia et electis Dei, non de Synagoga et Judeis, deque spiritualibus ejus bonis, non carnalibus, patet *primo* ex eo quod haec futura sint in fine mundi, cum scilicet Christus in valle Josaphat judicabilis omnes omnium seculorum gentes, ut dixit vers. 4, 2, 12. Unde vers. 13, jubet mitti falces, quibus omnes gentes demetantur. Quocirca, ut ait, sol et luna obtebrati sunt, et stellæ retraxerunt splendorum sum, et movebuntur celi et terra. Que omnia significant haec futura in fine, commotione et mutatione totius mundi. Frustra ergo Judei haec in hoc mundo et in hæc vita expectant.

Secondo, quia Daniel, cap. ix., 26, praeditus eveniens Hierosolymas et templi faciem a Tito et Romanis foro perpetuam et durataram usque ad finem mundi; ergo haec non spectant ad Sionis et Jerusalem terrestris restauracionem.

Tertio, quia certum est multa hic non posse, nisi absurdissime, ad litteram carnaliter, uti sonant, accipi, sed accipiendo esse mystice. Talia sunt in versu 18: « Stillabunt montes dulcedinem, et colles fluunt lacte, et per omnes rivos Juda ibunt aquæ, et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum. » etc.

Quarto, quia vers. 20, ait: « Judea in aeternum habitabit, et Jerusalem in generatione et generationem; » ergo agit de Judea et Jerusalem cœlesti, non terrestri: illa enim aeterna erit, cum haec sit temporalis.

Secunda sententia est S. Hieronymi, Remigii, Ruperti, Hugonis et Vatabli, qui haec omnia usque ad finem cœpist referunt ad primitivum Ecclesiæ, et ad charismata Spiritus Sancti in Peutecoste, de qua dixit cap. ii., 28: « Effundunt spiritum nrum super omnem carnem. » « Montes » ergo, inquit Vatablus, « sunt Apostoli corrumque successores; mustum, verbum Dei, et doctrina Evangelica: itidem et lac: sed vim robustus, lac parvulus datur, q. d. Apostoli assiduè docebunt Evangelium. Alvei et rivi sunt Ecclesiæ particulares: aqua viva, verbum Dei: fons aqua vive, copia predicationis Evangelicæ et inexhausta illa doctrina Evangelii, unde animæ fidem irraguntur: dominus Dei Ecclesia. Egredietur autem opera predicatorum. Torrens, Ecclesia: settim, genus cedri electi, quod ut cedrus nesci corruptionem: ita fideles vivent vita eterna. Egyptus et Idumæa, omnes nationes que non receperunt Christum, que gratis illis erunt vacua: Juda et Jerusalem, Ecclesia militans, in qua fides sunt viri Judæi vere confientes Deum, q. d. Licet Ecclesia a multis opprimatur, tamen manebit invicta. Et mundano fonte baptismatis vel sanguine Ecclesia militante, tamen plene et perfecte fiant in triumphante; de ea enim proprie agit Pro-

phetæ. Omnia enim haec consequenter et connexa erunt cum die iudicij, quod fiet in valle Josaphat, de quo egit toto cap. haecusque. Subiungit ergo congruo ordine iudicio et damnationi impiorum gloriam piorum et electorum, quam ipsi a Christo judice in illa die accipient, ejusque corporiam et magnificientiam per varias metaphoras describit. Idem rursum confirmatur ex eo quod S. Joannes alludens, imo citans et interpretans Joelem, hisdem pene verbis describat celestem Jerusalem, cap. xxi, uti patet ex parallelis utriusque, quæ mox combinabulo. Ita explicitant Remigius, Hugo, Ruperus, Hugo, Lyranus, Rihera, a Castro et ali.

De hac ergo cœlesti Jerusalem, sive cœtu Beatum triumphantie, dicit Joel *primo*, quod ejus ves, puta Beati, scient, id est sentient, videbunt et gustabunt, quod in ea, et in illis ipsius, habebit Deus per gloriam et gloriam, illisque ibidem suas opes, felicitatem et magnificientiam ostendat et communiqueret, itaque eos beatos et ineffabilis gaudio repleat. Hoc est quod hinc alludens, totidem, imo pluribus verbis de eadem ait S. Joannes, *Apoec.* cap. xxi, 3: « Ecce tabernacula dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. »

Secundo, quod si mons sanctus, quia subtilis est ejus felicitas, aquæ ac sanctitas, quod . Joannes, *Apoec.* cap. xxi, 10, ait: « Et sustinet me in spiritu in montem magnum et altum. »

Tertio, quod si Jerusalem sancta; quod S. Jo-

contemplativus intellectus, coelestis affectus, spiritualis sensus, angelicus actus. »

Quarto, quod in ea « stillabunt montes dulcedinem, et colles fluunt lacte, et per omnes rivos Juda ibunt aquæ, et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum. » Huic respondet quod ait Joannes *Apoec.* cap. xxii, 1: « Et ostendit mihi fluvium aqua vita splendidum lanquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni; et ex utraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem genitum. »

Quinto: « Et Judea in aeternum habitabit, et Jerusalem in generatione et generationem. » Huic assequitur id quod ait S. Joannes cap. xxi, 16: « Civitas in quadro positâ est; » et vers. 18: « Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide; » et cap. xxi, 3: « Nox ultra non erit, etc., quoniam Dominus Deus illuminabit illos, et regnabunt in secula seculorum. »

48. STILLABUNT MONTES DULCEDINEM, — q. d. Tunc in montibus illis cœlestibus, puta in Sione cœlesti, que sita est et fundata in montibus tum cœli empyrei, tum aëternitatis et divinitatis SS. Tripartitæ, impletæ illud toties de terra sancta lacte et melle manante promissum, ac decantatum; hoc est, tunc Beatis in cœlo vita erit juventissima, omnibus bonis et deliciis affluens, et omnes « rivi Iuda, » id est omnes potentie, omnes vires, omnes sensus, omnia ora, omnes lingue Sanctorum Deo confitentium et laudantium (huc enim hebreæ significat Iuda) manabunt, scilicet perennibus aquis laudis, gratiarum actionis et jubilis, aquæ ac voluptam et honorum omnium.

Symbolice, a Castro per mones accipit tres personas divinas, quæ creatis omnibus totogè mundo eminent, quasi divini montes. Ex his enim omne genus suavitatis profluit in terram illam viventem, quæ inebriabunt omnes Beatus, et colles beatorum spiritum fluent candidissimum lac cognitionis et puritatis angelicæ, atque per omnes rivos, puta per ceteros beatos homines, fluentes a gaudiorum, quia omnes affluent Dei possessionem et fructione. Hoc est quod ait Psalles, *Psalm. xxxv*, 9: « Inebriabuntur ab ubertate domus tue, et torrente (non seypho, non pouculo, sed torrente) voluptatis tua potabis eos. » Torrens, ita ibidem S. Augustinus, tum impetu, tum copiam voluptatis significat: « Quoniam apud te est fons vite, et in lumine tuo videtur lumen. »

Tropologicæ Hugo Victorinius: « Montes, ait, sunt contemplationum sublima, colles innocencie opera, rivi penitentie exercitia: dulcedo est perfecta dilectione, lac est saneta devotio, aqua de vota compunctione; in illa ergo die, hoc est, in illa unionis felicitate, sponsa per gaudium contemplationis dulcedinem accipit perfecta dilectionis;

a qua descendens, et ad seipsum rediens affuit lale devotionis: unde sese pro amore supernorum crucians, immergitur aquis compunctionis, indeque egrediens per penitentiam exercetur aspergim. Post hanc ad innocentias trahitur opera, demum ad contemplationis avolat fastigia, dicens: Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram?

ET FONS DE DOMINA (de throno Dei) EGREDIETUR. — Fons hic, sive, ut S. Joannes, Apoc. xxii, 1, vocat, fluvius procedens de sede Dei et agni, est profluviu[m] bonorum, quod Deus emanat et effundit in Beatos per sui visionem beatificam, uti dixi Apoc. XXII.

ET IRRIGABIT TORRENTEM SPINARUM. — Nota primo: Pro torrentem habraeis est *תְּהִרְבָּנָה*, quod significat vallem angustam, inde que torrentem qui per eam decurrens solet. Unde *torrentes* hic metonymice pro valle tali capitur. Et Symmachus vertit, *vallum*; sed maluit Interpres vertere *torrentem* quam *vallum*, et persistat in metonymia fontis, et ejus exuberantiam ostendat. Nam, ut ait S. Bernardus in *Meditat.* cap. IV, « in torrente illius volutionis nihil ultra appetet cumulata satietas, tanta erit felicitas. Ibi siquidem erit cumulus felicitatis, supereminen[t] gloria, et superabundans latitudo. »

Secundo, pro spinarum hebraicae et chaldaicae est *settim*, illudque quasi nomen proprium in latina versione retinet Lyranus et Vatalibus, item Syros et Arabicus ubique; sed Theo-dotion, Symmachus et Noster vertunt, *spinaram*; Septuaginta, *funicularum*; Nazianzenus, orat. 40 in S. Baptista, *juncorum*. Andi S. Hieronymus: « Septuaginta transliterunt *torrentem funicularum*, id est, *χείρας τον οὐρανόν*, quod aut *funicularum* significat, aut *juxta Egyptios* mensuram certi itineris. In Nilo enim solent naves funibus trahere certa habentes spatia, que appellant *funiculos*, ut labore defessorum recentia trahentium *colla* succedant. » *Torrens ergo funicularum* est *torrens hereditarius*, quem scilicet *funiculus* dimicuntur, et inter haedes, puta celi cives, dividunt. Porro *settim* locus est trans lacum Asphaltitem in Moab, sex milliaribus distans a Liviade urbe, ubi filii Israel fornicati sunt, coleruntque Beelphegor, ideoque a Deo casi sunt, Num. XXV, 1. Ibi arbores nascentes a loco dicte sunt *settim*, erantque hec ligna *settini* imputribilia, et, ut vertunt Septuaginta, Exod. XXV, 5, *ἀσπερτα*. Unde Hebrewi censem ad eum *spinae* optimum cedarum genus. Erant enim levissima, fortissima, solidissima, pulcherrima, et tan graves arbores, ut latissima ex illis tabulata cederent, ait S. Hieronymus. Quocirca et illis facta erat arca Testamenti, tabernaculum eiusque vasa, uti dixi Exod. cap. XXV, 5. Noster hic et Isaia, cap. XII, 10, *settini* verit *spinam*, non quod spina sit, sed quod spina *alba* colore et foliis sit simili. Minus ergo verisimile est quod censes Lyranus, *settum* esse *Cettim*, id est Gre-

ciam, unde egressus dicitur Alexander Magnus, I Machab. cap. I, 4; nam *settum* per samech, *Cettim* per copha scribitur, et longissime distat a Jerusalem. Nec placet quod ex R. Saadia scribit Arias, torrentem *settum* esse torrentem, qui in Jordani influat juxta urbem *settum*. Nemo enim chirographorum hujus torrentis vel urbis menzit.

Ex dictis patet hec omnia non carnauliter, ut sonant, sed mystice esse accipienda; nec enim unquam fuit, vel erit fons, qui de Jerusalem egreditur, et tanto terrarum tracta transmisso effundat se in campestria Moab, ubi est torrens et vallis *settum*. Vallis ergo *settum*, aequa area et tabernaculum, secundum ex lignis *settum*, significant locum Beatorum in celo empyreio, quem Deus in sua amoenitate, delicia et pulchritudine in eternum conservabit; quia jugiter voluntas eius in illum, aequa ac lucos eius, puta in Beatorum animas et corpora inflat perpetuum virom omnis gratiae et glorie, ut fiant *settum*, id est immortalia et imputribilia, ac dicantur ut spinae, instar fluvii irrigantibus, et fecundantibus paradisum, qui perennem ei virom et fructus amoenissimos affert, Genes. II, 6. Ita Rupertus, Tyrannus, Ribera, Emmanuel et alii Vide dicta Apoc. XXII, 4 et 2.

Allegorie S. Hieronymus, in *Apolog.* ad Pamphagium, pro lib. *Adversus Jovin.* in fine: « Christus, inquit, virgo, mater virginis nostri, virgo perpetua, mater et virgo, etc. Hortus conclusus, fons signatus, de quo fonte ille fluvius manat iuxta Ioseph, qui irrigat torrentem vel fumum, vel spinarum; lumen peccatorum, quibus aude illigabatur: spinarum, que suffocant semina patris filiarum. » B. Virgo ergo est fons, ex quo manavit fluvius, id est Christus irrigans torrentem fumum et spinarum, id est peccatorum et viliorum nostrorum.

Hinc mystice Nazianzenus loco citato, per hunc fontem accipit baptismum; S. Hieronymus hic graecam Spiritus Sancti, que a Deo promittamus, ex terra cordis spinae vitiorum evallit, et pro eis virtutes quasi arbores fructiferas inserit, ut spinae nostrae ait S. Hieronymus: « et vita atque peccata, que nullam frugem habuere justitie, comunit in Domini novalia, et aridatatem nostram rigent aquis largissimi, et pro spinis et vepribus flores virtutum multiplices germinemus, et in eo loco ubi quandam fornicatus est Israel, et inititus est Beelphegor (deo obscenitatis) illa castitas, et rose pudoris ac virginitas exuberent. » Sic et Remigius, Hugo, Arias.

Unde Hugo Victorinus: Torrens, ait, spinarum est impetus, fervor et crudelitas genitum. Porro fons de domo egressus torrentem spinarum rigavit, quando per Apolitos et eorum successores Evangelica doctrina gentilium populum a crudelitate convertit, fide initiavit, et ad baptismi gratiam perdixit.

Queres cur *settum* significet locum Beatorum

Respondere, primo, quia in *settum* fuit ultima mansio Hebreorum in deserto, Numer. XXXIII, 49, ubi *settum* vocatur *Abeissatum*, ex qua proxime ingressi sunt Hebrei in terram promissam. Unde in eam ex *settum* exploratores misit Josue, cap. II, 1. Sic ergo terra promissa typus erat *cella*, sic et *vicinum* *settum*.

Secundo, quia in *settum*, ut patet Numer. XXV, 1, Israel benedictus fuit a Deo per Balaam, magnificis multisque benedictionibus, que recenserunt, Numer. XXXIII et XLIV, qui fuit typus, similis modo Sanctos in celo benedicendo a Deo omni benedictione colesti.

Terterio, quia Balaam, Numer. XXV, 3, inter alias benedictiones, quae Deo afflatus Israeli imprecat, afferit hanc: « Quam pulchra tabernacula tua Jacob, et tentoria tua Israel! ut valves nemorosae, ut horae juxta fluvios irrigui, ut tabernacula que fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Fluunt aqua de stibas eius, et semen illius erit in quas multas. » Quia optimè convenienter mysticis Israhel et *settum*, id est cœlitibus et celo, eoque videatur hic alludere Ioseph, dum ait: « Per omnes rivos Judee ibunt aquæ, et fons per domum Domini egreditur, et irrigabit torrentem spinarum, » hebraice *settum*. S. Gregentius Archiepiscopus Thessalonensis, *Disputat.* cum Heriberto Indio, tom. IV *Widelicat.* SS. Patrum, legit: *Torrentem junctorum per fontes* hume accepit « innumerable illud gaudium et letitiam inexplicabilem, et fructuinem, et odoris suavitatem spiritus sancti, que ex ipso prepotente Deo insufflat et perenniter manat, et rigabit sanctorum agmina, et eorum tremenda illa et incomparabil suavitate implabit, » illas comparatur Iudeis; quia sicut mel, utpote steci et fungosi, sitiunt et bibunt aquam copiosam; ita sancti sitiunt et bibunt pelagus divine voluntatis, juxta illud: « Torrente voluntatis tuae potabis eos. »

Quarto, ligna *settini* imputribilia significant corpora Beatorum impassibilium. Rursum, sicut arca et tabernaculum compacta erant ex tabulis *settini*; sic Ecclesia ecclesiis compaginabilit ex sanctis et electis Dei: area sancti in Sancto sanctorum, habent super se propitiatorium quasi thronum Dei, et utrinque Cherubinos, Ecclesie ecclesiis typum gessit.

Quinto, in *settum* Phinees suo zelot occidens forniciantes, placavit Deum, expiavit scelus populi, et maledictionem plagamque ei a Deo immisam verit in benedictionem, Numer. XXV, 7. Illa Christi zelus, quo abolevit peccatum, et ab eo suis expiavit, in celo *settum*, id est spinas mortalitatis, et maledictionem laborum et dolorum, a Deo Adae et posteris infictam, Genes. III, 18, convertit in benedictionem gaudiorum et bonorum omnium.

Sexto, in *settum* Balaam dixit et predixit de Israele: « Oriatur stella ex Jacob. » Stella est Christus, qui licet corporaliter ortus et natu sit

ex Jacobis, sive Israe lis in Bethlehem, tamen spiritualiter et gloriose oritur ex eis, in operis eius post resurrectionem, quasi sol in celo, illuminans et beans omnes veros Israe litas et stellas enim proprius locus est celum, non terra.

Demique iuxta *settum*, puta in Gades, Moses petra elecent fontem aquarum decurrentem in soliditudinem, forte per *settum*, Numer. XXI, 11. Tercium, Numer. XXI, 17, Deus dedit Mosi et Hebreis putoem aquarum, cui ipsi accineruntur: « Accidit putoem, putoem quem foderunt principes, et paraverunt duces multitudinis in datore locis, et in baculis suis. » Ad haec loca et aquas his soci videtur alludere hic Ioseph in his rivis Iudea, et forte Ioseph irrigante *settum*, præserimus quia Chaldeus et alii censem petram illam Moysis, ejusque fontem aquarum comitatum fuisse Hebreos per *settum*, minime deserpt loca, illudque velle Apostolum, I Cor. X, 4, cum ait: « Ille balsam autem de spiritu consequente eos petra. » Vide dict. Numer. XI, 19. Pariter enim modo fons illi aquarum vivendum ubique comitabiliter Beatos in celo empyreio.

19. EXIPIENS IN DESOLATIONEM ERIT, ET LOUWEA IN DESERTUM PERDITIONIS. — Nominalis *Egyptus*, quia ipsa superstitionis et idololatriæ fuit invictrix et magistra, ideoque Iudeis et animo infesta; et exemplo ac vicinia sua noxia, utpote pollicient eos ad suum Apim: hume enim Iudeo-ani ex pressit vitialis aureis, quos in Dan et Bethel erexit, populoque quasi numina adorandos proponit. Nominalis *Idumeam*, quia a perpetuo fuit semita et hostis populo Dei, scilicet Iudeorum. Unde Edom vel Idumea hebraice idem est quod terrena et cruenta: Misraim, id est *Egyptus*, idem est quod angustias, coercetas, tribulaciones, ait S. Hieronymus: sed sub his per synecdochen exteriores gentes idololatras, infideles et impias intelligit, q.d. *Egypti*, *Idumei*, et eis in impietate similes ceteræ gentes perderunt, earumque regiones tot peccatis polluti desolabantur, atque ipsi ibunt in tartara in die iudicii, cum Iudei, id est fideles confitentes et laudantes Deum, salvabuntur, ibunt in Sion celestem.

20. IUDA IN ETERNUM HABITABITUR. — Palet hoc de terrena Iudea, ut volunt Iudei, non intelligi. Nam hec in fine mundi pariter suum habet finem, et quia S. Scriptura promittit Iudeis, utque ac aliis gentibus, post hanc vitam, et post resurrectionem in fine mundi regnum aeternum et gloriouse in celis. Ergo necesse est haec accipere de Iudea et Jerusalem celesti, ut pluribus ostendit vers. 17. Ceterum ergo empyreum dicuntur Iudea, id est confessio et laus Dei, quia in eo jugiter Sancti Deum laudant laudabuntque in eternum; et, ut ait Tobias cap. XIII, 22: « Por vicos ejus alleluia cantabitur. » Et Psalms, Psalm. LXXXIII, 5: « Beati qui habitant in domo tua, Domine: in secula seculorum laudabunt te. » Hoc enim est otiosum eorum negotium, et negotiostum otium.

Idem eccliam, vel potius pars et civitas eccli, in qua simul quasi cives degent Beati, frumentos Deo et Christo, vocatur Jerusalem, id est visio pacis, id est possessio bonorum omnium, tolosusque aeternitatis, quin ei ipsius Dei ac sanctissima Trinitatis; haec enim erit sors et hereditas aeterna Sanctorum. Ibi enim Deus erit omnia in omnibus, iuxta illud Sapientis :

Te cernere finis,
Principium, rector, dux, semita, terminus idem.

Tropologicus Hugo Victorinus : « Judea, inquit, et Jerusalem in aeternum habitabuntur; Judea confessio, Jerusalem dicitur pacis visio. Mens enim devota et perfecta, vel ad sui descendentes cognitionem delicta confiterit Deo per humilitatem compunctionis; vel ad Dei ascendens cognitionem, per gratiam contemplationis sublimioris ad visionem pacis; et tunc in voce exultationis et confessionis sonus in ea fit euplastus: punctum fidelis anima deserit Judeam, quia vel compuncta confiterit seculera, vel devota gratias agit propter gratias munera, vel sublimata eructat hymnum recipiens premia. »

21. ET MUNDABO SANGUINEM EORUM, QUEM (male Complutensis legunt, quos) NON MUNDATERAM. — Rabbini, ut R. Abraham et R. Kimchi, ex Hebreo sic vertunt et explicant, « et mundabo », id est spoliabo Egyptios suis opibus, easque dabo Iudeis in adventu Messie: at : « sanguinem eorum (ab eis injuste in Judea effusum) non mundabo », q. d. Non condonabo eis caedes et strages Iudeis illatas, sed ob eas illos morte puniri. Verum huius et torta est haec versio et explicatio. Nam « sanguinem eorum pertinet ad mundabo », quod praecessit, non ad non mundabo, quod sequitur. Ergo supplendum est in Hebreo, de more relativa: « Tunc ascer, id est quem, sieque cum Nostro verendum : Et mundabo sanguinem eorum (puta Iudeorum et Hierosolymitanorum, de quibus proxime fuit sermo, id est fidelium et electorum meorum), quem non mundavi. »

Jam tripliciter id expozi potest. Primo, q. d. Sanguinem, id est homicidia, et quavis alia sciera (horum enim symbolum in Scriptura est sanguis) que ante passionem Christi, et ante adventum Spiritus Sancti non mundari, eo advenient in Pentecoste emundabo : Iustitiae nim et ceremonie veteris Testamenti corpus tantum ablubant, et conscientiam non emundabant, *Hebr.* ix, 9. Ita S. Hieronymus et Arias, qui putant Joelem redire ad effusionem Spiritus Sancti, de qua dixit cap. II, 28; aut, Haymo, q. d. Pecata que electi in hac vita perpetrarunt, nec plene emendarunt, ego in morte, vel post mortem in Purgatorio expiabo, ut mundati celum ingredi possint. Aut, ut Ribera, q. d. Auferam pecata, et ponam sanguinis Christi et Apostolorum a Iudeis, quem ipsi olim sibi imprecati sunt, di-

centes : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros; » nam sub diem iudicii convertentur Iudei ad Christum.

Secundo et melius, Lyranus et Diorysius : « Mundabo », id est, mundum declarabo sanguinem servorum meorum, ab Egyptis et Idumeis, aliasque tyrannis quasi immundum, et reum damnatum et effusum, quod antea non declaravi. Hebreum enim *nepha nichil*, significare mundare, innocentem declarare, absolvere et excusare. Unde Marinus in Lexico hunc locum ita verit : *Absolvitur sanguinem quem non absolvitur*; Syrus et Arabicus uteque : *Ulciscor sanguinem eorum, et non parcam*; qui enim non absolvit reum, ei non parat, si sit iudex, ut hic est.

Tertius et genuinus, q. d. In di iudicio « mundabo », id est ulciscor sanguinem fidelium meorum iniuste ab Egyptis aliquis impetu effusum, quem antea non sum ultus : quo facto « Domini », Christus, « commorabitur », et gloriose cum suis fidelibus regnabit perfitem in « Sion » celesti. Unde Chaldaeus, Septuaginta, Syrus et Arabicus uteque pro mundabo vertunt, *vindicabo*. Hanc enim vindictam petunt anima Sanctorum dicentes: « Usquequo, Domine, sanctus et verus, non judicas et vindicas sanguinem nostrum », *Apocal.* VI, 10. Ita S. Hieronymus, Theodoreus, Remigius, Hugo et Castro. Plane enim respicit ad sanguinem de quo paulus ante dixit : « Pro eo quod inique egreditur (Egyptii et Idumei) in filios Iuda, et effuderunt sanguinem innocentem in terra sua ». Nec mireris *munda sanguinem* significare vindicare sanguinem. Nam phrasis Scriptura, terra recipiens sanguinem innocentem et iniuste effusum, eo ipso censetur pollui fierique immunda, a qua pollutione et immunditate mundatur et expiatitur, dum a iudice et vindice puniuntur et plectuantur homicidia qui eum effuderunt, ut patet *Psalm.* CV, 38 : « Infecta est terra in sanguinibus ». *Jerem.* II, 34 : « In aliis tuis inventus est sanguis animalium pauperum », q. d. Ob sanguinem fusum immunda es, ergo per vindictam emundabo te. Sic Salomon ait *Baniae*, III Reg. II, 31 : « Amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Iob, a me, et a domo patris mei; amovebis, vindicando ejus homicidia, quibus occidit Abner et Amasam, eumque per modum occidendo. *Ezechiel* VII, 23 : « Terra plena est iudicio », id est reatu « sanguinem ». *Isaiae* XXVI, 21 : « Ecce enim Dominus ergredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terrae contra eum : et revelabit terra sanguinem suum, et non operiet ultra interfectos suos », ad quem locum videtur alludere hic Joel : idem enim dicit. Hac de causa jubebat Deus Iudeis, ut, invento cadavere aliquicis occisi, magistratus urbis vicinae pro expiatione terre offerret vitulum, *Deuter.* XXI, 3. Vide ibi dicta. Clarissime vero *Ezechiel*, cap. XXIV, 6 : « Va, ait, civitati sanguinem! etc. Sanguis enim ejus in medio ejus est, super limpida-

simam potram effudit illum, etc. : Ut superinducere indignationem meam, et vindicta ulcisceret : « dodi sanguinem ejus super petram limpida », ne operiretur. » Quod explicans versus 13 : « Immunditia, ait, tua execrabilis, quia mundare te volui, et non es mundata a sordidus tuis, sed nec mundaberis prius, donec quiesceret faciam indignationem meam in te », donec scilicet vindictam exaram in te; vindicta ergo sanguinis et scelerum est corundem emundatio et expurgatio.

Dices : Hoc sensu potius mundatur terra, quam sanguis innocentium in terram effusus. Responde utrumque mundari. Nam sicut terra expiacionis sanguinem iniuste effusum censetur polluta, ita pariter sanguis ipse iniusta et impia hac sui effusione censetur violatus, maculatus et pollutus, tum quia vis ei facta est, et injurya ac lesio illata ; tum quia maculatum nominis et famae apud homines incurrit : damnum enim et effusus est quasi noxious et reus : unde talen eum homines estimarunt. Jam per vindictam utraque hec macula tollitur; nam et injurya talionis sarcitur, et infamia tollitur vindicta, qua declaratur ejus innocentia hoc ipso, quo Deus justus cum vindicatur. Hac enim vindicta Deus declarat noentes esse eos qui eum effuderunt, ac consequenter ipsum fuisse innocentem, et iniuste ab eis effusum.

Vindicta excludit terra, et sanguinem innocentium effusum.

Notent hoc principes et judices, scilicet se dum puniunt homicidas et sones, emundare sanguinem innocentium qui clamat vindictam in colum, ac simili expiare terram suam eo pollutam, ejusque vindictam divinam a suo capite et domo avertire. Ad hanc se, innocentibus occisis, quasi Manibus justa persolvere et parentare, ac divinae

lignum, per quod fit justitia. »